

solertissimus & prudentissimus neq; ergo tantæ insolentiæ erit ipse arguens. fatebat uelle trahere ad parilē influentiā tam multa diuersissimi generis effectū diuersissimorū & euentū eodē tpe in unius regionis terra eidē cœlo subdita concepta & nata intelligēdo p parilē influentiā generalē quandā cām cœlestē taliū pductiuā cum diuersissimi effectus ex ordine naturæ diuersissimas hēant cās secūdas. Astro. Profecto arguens hic toruo oculo dicta astronomorū inspiciēbat fitam diuersa iudicet astronomos ad parilē influentiā numero p cise referre sicut semper ex parili influxu, i. directione parilem ægritudinem iudicamus, hoc, n. esset impossibile de uirtute sermonis licet aliqua particularis causa diuersa quandoq; producat, sol, n. calefaciēdo lutum & glaciē eadem & diuersa operatur sicut & de igne qui eisdem radiis mollificat plumbum & indurat laterē tum in proposito nō ita stricte parilē influxum causam tam diuersissimorum effectū in terra unius regionis eodē tpe eidemq; cœlo subditorum esse intelligimus; sed largius dicunt astronomi, sub eadem, n. influenza gemini uel non gemini & diuersa nascuntur. Idest sub eadē armonia cœlesti in qua multæ cōcurrunt armoniæ diuersæ similes & cōtrariæ sub diuersis Zenit in una tam terra secūdem suscipientiū materiā diuersitatem & locorum uariam dispositionē diuersa & diuersissima. Ino contraria producantur & similia secundum q; exigit profectio uniuersū de napello & eius cepe & mure euidentissime demonstratur & de multis aliis in naturalibus historiis recitatis. tot enim radio rū coniectiones & stellarum combinationes fiunt continue in mūdo superiori similes & diuersæ q; diuersitates rerum producantur in mundo elementorum & similitudines ita adeo stellarum dispositio mundum elementorum disponit q; nulla substantia corporalis nullum accidens hic subsistit quod in cœlo suo modo non sit figuratum & ex eo quidem & stellarum radiis etiā cœli radiis in mundum immisissis non dubitatur puenire. Dicit Albertus Magnus in speculo astronomiæ q; una est hæc præcipua probatio q; Deus sit unus solus gloriosus altissimus in cœlo & in terra si uidelicet motus inferior motui superiori obedit si enim essent diuersa principia aut haberet Deus participem contrarium obedientia non esset permanens; & fixa inferior